xima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Nono

Sobiekurski Fredrowi Tenetur.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Gnosus
Samuel Sobiekurski Gnosi olim Joannis Sobiekurski Tribuni Sanocen. filius
sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis
quibusuis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castren. Premislien.
quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusuis omnibus totaliter et ple-
narie incorporans et subiiciens palam libere publice ac expresse recognouit. Quia ipse
Gnoso Martino Fredro de Plesowice venatori Terrae Premislien. et ipsius successori-
bus summam Trecentorum florenorum polon. communis monetae et numeri in Regno cur-
rentis quemlibet florenum grossis triginta polon. computando certi veri iusti
et liquidi debiti mutuataeque pecuniae tenetur atque debet quam quidem summam su-
prascriptam trecentorum florenorum pecuniae polonicalis idem recognoscens se suosque successores in et super
bonis suis quibusuis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Creditori
suo et ipsius posteris inscribit et obligat praesentibus hinc pro die et Festo Sancti Mar-
tini Pontificis proxime et immediate venturo dare soluere et coram officio actisque
praesentibus Castren. Premislien. reali et in effectu reponere et relinquere repositamque
et relictam rursus ab eodem officio non effideiubere nec arrestare vel quouis alio
modo impugnare. Idque sub vadio similis summae Trecentorum florenorum pecuniae polon.
per eundem recognoscentem Gnosum Samuelem Sobiekurski aut eius posteros praefato Ve-
natori Terrae Premislien. et ipsius posteris ob non solutionem summae praefatae prin-
cipalis pro tempore et loco supra expressis ad soluendum succumbendo. Caeterum idem
recognoscens Gnosus Samuel Sobiekurski eidem Creditori suo et ipsius posteris dat et
concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem
debitoream ex his actis Castren. Premislien. autentice depromptam ad acta Terrae
Premislien. quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata

tanti

tanti valebit ac si per ipsummet recognoscentem transportaretur. Cui quidem transportationi inscri-
ptionis praesentis modo praemisso fiendae idem recognoscens se suosque successores in et super
bonis suis quibusuis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Creditori suo et
ipsius posteris inscribit et obligat praesentibus non contradicturum imo eandem
pro rato et grato suscepturum sub simili et speciali vadio Trecentorum florenorum
pecuniae polon. per eundem recognoscentem Gnosum Samuelem Sobiekurski aut eius suc-
cessores ob contradictionem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fien-
dae ad soluendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo prae-
misso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua printi ex praemissis non completa
complendisque praemissis citatus existens memoratus recognoscens Gnosus Samuel Sobie-
kurski aut eius successores ad instantiam praefati Gnosi Martini Fredro de Ple-
szowice venatoris Terrae Premislien. aut eius posterorum ad officium praesens
Castren. Capitan. Premislien. ex hinc recessu suprascripto quoad iudicium spectat
mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri pa-
rere materiae vadia praefacta luere inscriptioni huic satis facere ac omne iudicatum
pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem
Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos
semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum lega-
tione intra vel extra Regnum seruitio militari admunimentis ad Euictorem vel
aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem
ultra primos Terminos officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi non recipi-
endo nullasque motiones appellationes ac causae prosequutiones faciens ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescri-
ptione Terrebellis Conuentioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non
subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Gnosa Catherina Kotarska Generoso Czerminski Cedit.

Comparens personaliter Coram officio actisq praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliens.
Generosa Cathenina de Dobrzechowska consors relicta olim Gnosi Stanislai
Kotarski ad praesens vidua sana mente et corpore existens a Terrestris Districtibusq iuri:
bus iurisdictionibusq suis quibus suis proprijs et competens recedens huic autem iu:
risdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum Successoribus
bonisq suis gnaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subijciens palam
libere publice et perexpressum sequitur. Quia ipsa de omni et integro iure suo Refor:
mationis et aduitali per Gnosum olim Stanislaum Kotarski maritum suum sibi re:
cognoscens super omnibus et singulis bonis suis actis quibusuis inscriptis
et recognitis prout inscriptionibus originalibus super praemissa sonantibus latius insertis.
Stantes ijsdem iuribus reformationis et aduitali quoad alia bona olim Gnosi Sta:
nislai Kotarski se extendens sibi in pleno robore reservatis quantum scilicet
ad bona sortes in villis Kotarzyno Czacharowo et Bandorino in Terra Plocen. et
Districtu Sierpczensi consistens attinet tantum. Cum omni praemissorum iure do:
minio et proprietate cumq omnibus et singulis inscriptionum praefatarum tam Reformationis
quam aduitalis conditionibus punctis clausulis articulis vadijs ligaminibus et nexi:
bus summa Reformationis bonorumq praefatorum inscriptionibus praefatis Reformationis et aduitalicia
oneratis utilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentionibus atti:
nentijs et pertinentijs gnaliter universis ac quibusuis Prerogatiuis nihil prorsus
sibi successoribusq posteris aut quopiam alijs quantum ad bona praefata spectat iuris
dominij proprietatis ac competentiae et praerogatiuis cuiuscunq reseruando vel modo quo:
uis excipiendo verum prout praemissa omnia ipsemet recognoscens tenuit habuit et possi:
debat ipsumq concernebant accidem sentiebat. Jam ex nunc et de facto Gnoso
Stanislao Czerminski filio olim Gnosi Valentini Czerminski Sororino suo
ciuibusq posteris cessit et condescendit prout praesentibus cedit et condescendit
omneq et integrum ius suum praemissorum omnium et singulorum sibi ad praemissa
tantum competens in personam eiusdem Gnosi Stanislai Czermienski et ciuibus
posterisq totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporauit prout praesenti:
bus transfert transfundit et incorporat perpetuo Jamq ex nunc et de facto

Praefatis

Praefatis recognoscens eidem cessionario suo et ipsius posteris coram officio praesenti in hunc
idem ius Cessum bonorumq praefata inscriptionibus Reformationis et aduitali one:
ratis praesens abscessus dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificam
possessionem per ministerium Regni gnalem quemcunq et duos Nobiles quoscunq
ad id conducere sibi potest die quacunq voluerit officio se acceptansq per ipsum
Gnosum Stanislaum Czerminski cessionarium suum ciuibusq successoribus hoc idem
ius cessum bona praedicta inscriptionibus praefatis Reformationis et aduitali oneratis
praesens per se recognoscens condescens tenendi habendi possidendi illisq paci:
fice et quiete utifruens ac ad usus suos suorumq successorum quosuis beneplaci:
[illegible] [illegible]
originalis [illegible] sibi recognoscens ad praemissa
sonantia [illegible] inscriptionibus cessionarijs et condescens. Insuper praefata recogns
Gnosa Catherina Kotarska praefato Gnoso Stanislao Czerminski ciuibusq po:
sterisq dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem
praesentem cessionariam ex his actis [illegible] autentice depositam ad Acta
Terrae Premisliensis quandocunq voluerit transferendi et transportandi quam
transportatam tantum robur et valorem habituram declarat acsi per ipsammet
recognoscentem transportaretur. Ac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Eadem Recogns Plenipotent. Eligit

Comparens personaliter Coram officio actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliens.
Gnosa Catherina de Dobrzechowska consors relicta olim Gnosi Stanislai
Kotarski ad praesens vidua sana mente et corpore existens a Terrestris distri:
ctibus iuribus iurisdictionibusq suis quibus suis proprijs et competens recedens
huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum
successoribus bonisq suis gnaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans
et subijciens palam libere publice ac perexpressum sequitur. Quia ipsa Nobilem
Stanislaum Czerminski olim Nobilis Valentini Czerminski filium Sororinum
suum in plenipotentem verum et legitimum ac mandatarium sufficientem ordinat et inscribit